Universitätsbibliothek Paderborn

# Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

I. Quomodo post obitum Imp. Arcadii, Theodosio ejus filio octo annos nato, Anthemius Praefectus summam Imperii administravit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

XLIII. Quot & quanta mala paſſi ſunt Barbari, qui Joanni tyranno ſuppetias tulerant.
XLIV. Quomodo Valentinianus Junior Eudoxiam Theodoſii filiam duxit uxorem.
XLV. Quomodo Proclus Epiſcopus Imperatori perſuaſit, ut Joannis corpus ab exilio transferret Conſtantinopolim, & in Eccleſia Apoſtolorum deponeret.
XLVI. De Morte Pauli Novatianorum Epiſcopi, & de Marciano ejus ſucceſſore.
XLVII. Quomodo Imperator Theodoſius uxorem ſuam Eudoxiam miſit Hieroſolymam.
XLVIII. De Thalaſſio Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopo.

# SOCRATIS SCHOLASTICI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER VII.

## Caput Primum.

*Quomodo poſt obitum Imp. Arcadij, Theodoſio ejus filio octo annos nato, Anthemius Præfectus ſummam imperii adminiſtravit.*

Mortuo igitur Imperatore Arcadio Calendis Maji, Baſſo & Philippo Conſulibus, Honorius quidem frater ejus Occidentis partes gubernabat: Orientis vero imperium ſub ditione fuit Theodoſii Junioris ejus filii, qui tunc temporis octo annos natus erat. Anthemius vero Præfectus Prætorio, ſummam rerum ſub illo adminiſtrabat. Erat hic nepos Philippi illius, qui regnante Conſtantio Paulum Epiſcopum Eccleſiâ expulerat, & Macedonium ejus loco introduxerat. Idem Conſtantinopolim magnis undique mœnibus cinxit. Omnium porro ſui temporis prudentiſſimus & habitus eſt & re vera fuit. Nihil unquam inconſulto gerere ſolitus: ſed de rebus agendis cum plurimis familiarium conſultabat: præſertim vero cum Troilo Sophiſta, qui præterquam quod illi amicitia conjunctus erat, civilium quoque rerum peritiâ Anthemio par exiſtimabatur. Quam ob cauſam Troili conſilio cuncta propemodum gerebantur.

# ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ή.

## Κεφ. ά.

Ὡς τοῦ βασιλέως Ἀρκαδίου τελευτήσαντος καὶ καταλιπόντος υἱὸν Θεοδόσιον ὀκταετῆ, Ἀνθέμιος ὕπαρχος τὴν τῶν ὅλων διοίκησιν ἐποιεῖτο.

Τοῦ δὴ βασιλέως Ἀρκαδίου τελευτήσαντος τῇ πρώτῃ τοῦ Μαΐου μηνός, ἐν ὑπατείᾳ Βάσσου καὶ Φιλίππου, Ὀνώριος μὲν ὁ ἀδελφὸς τὰ ἑσπέρια διεῖπε μέρη· ὑπὸ δὲ τῷ νέῳ Θεοδοσίῳ ὀκταετεῖ τυγχάνοντι, ἡ τῆς ἑῴας ἐτάττετο· Ἀνθεμίου τοῦ ὑπάρχου τὴν διοίκησιν ποιουμένου τῶν ὅλων. ὃς ἔγγονος μὲν ἦν Φιλίππου τοῦ Παῦλον τὸν ἐπίσκοπον ἐπὶ Κωνσταντίου ἐκβαλόντος τῆς ἐκκλησίας, ἀντεισαγαγόντος δὲ Μακεδόνιον· οὗτος μεγάλα τείχη τῇ Κωνσταντίνου πόλει περιεβάλετο· φρονιμώτατος δὲ τῶν τότε ἀνθρώπων καὶ ἐδόκει καὶ ἦν, καὶ ἀβούλως ἔπραττεν οὐδέν, ἀλλὰ ἀνεκοινοῦτο πολλοῖς τῶν γνωρίμων τῶν πρακτέων, μάλιστα δὲ Τρωΐλῳ τῷ σοφιστῇ, ὃς μετὰ τῆς οὔσης αὐτῷ σοφίας, καὶ κατὰ τὴν πολιτικὴν φρόνησιν τῷ Ἀνθεμίῳ ἐφάμιλλος ἦν· διὸ σχεδὸν πάντα τῇ συμβουλῇ τῇ Τρωΐλου ἐπράττετο.